



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

Feria Quarta, vel, ad Sextam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

Luc. 23.

En imploro misericordiam tuam cum Iesu. Memento, memento obsecro mei in regno tuo. Neme condemnes pro erratis meis. Mitte mihi quicquid vnquam male gessi. Aperte mihi caelestem paradifum.

Feria Quarta, vel, ad Sextam.

I.

Memento dulcissime IESV, vt eadem hora mei causa à cunctis hominibus feris derelictus. II. Vt amici te ruitur quam extraneum non agnouerint. III. Vt nodus, omniq; honore pariter ac veste priuam pependerit. IV. Vt omnipotens virtus tua plene impotens visa fuerit. V. Vt te crudelissimi absque vlla misericordia & humanitate traherent, tuq; omnia tacitus ac mansuetus perituleris. VI. Vt grauissimo cordis dolore confectus fueris, perspiciens matris pijsime insufferabiles angustias, tibi vni perfecte cognitas. VII. Eius etiam miserabiles contemplans gestus. VIII. Illius lamentabiles audiens querimonias. IX. Atque in ipsa mortis conflictatione, iam iamq; ab ea separandus, discipulo illum ceu matrem omni pietate ac fide prosequendam commendans. X. Denique & ipsi discipulum assignans, ceu filium materna beneuolentia complectendum.

Iean. 19.

ORATIO.

Opreclarissimum virtutum omnium exemplar IESV sapientissime, aufer à me mortalium omnium perniciosum amorem, erga cognatos omnes inordinatum affectum.

OTV
45

sum & sollicitudinem. Libera & absolue me ab
 omni occupatione inutili. Presta mihi constan-
 tiam & firmitatem aduersus omnes spiritus ma-
 lignos: & mansuetudinem erga quosuis impor-
 tunos ac turbulentos homines. Pijssime IESV,
 imprime acerbissimam mortem tuam medul-
 lis cordis mei: reluceat illa in precibus meis,
 & operum exhibitione declaretur. Ego me to-
 tum suavissime IESV commendo perpetuæ cu-
 ræ fidei sacratissimæ Matris tuæ, & charissimi
 discipuli tui Ioannis. (Dicatur Salve Regina,
 vel Angelica saluatio.)

De compassione virginis Matris.

Admoneo te sacratissima virgo Maria in-
 effabilis doloris illius, quem in tuo sen-
 tisti materno pectore, simulatq; inspexi-
 sti charissimum filium tuum ab alta cruce pen-
 dentem, mortis angoribus correptum. II. Nec
 tamen ei opem ferre potuisti. III. Et cum filij
 tui agonem in cruce mœstissima adspiceres.
 IV. Cùm eum miserandum in modum plan-
 geres. V. Et ille te benignissimè consolaretur.
 VI. Cum verba illius audires, cor tuum pijssi-
 mum sauciantia. VII. Gestus tui lamentabiles
 saxea adstantium pectora emollirent. VIII.
 Maternas manus & brachia miserabiliter sur-
 sum erigeres. IX. At corpus dolore confectum,
 ac viribus destitutum collaberetur. X. Sacratif-
 simo ore tuo sanguinem filij largiter decurrē-
 tem deosculareris. Et à ergò mater totius gra-
 tiæ, mater misericordiæ, serua ac tuere me ma-
 terna benignitate cunctis vitæ meæ diebus:

Ss 3 pro-